

Beiheft

2

S

128

1300 Nov. 7.

[78]

128

Matthäus von Nienborg überträgt gewisse Ländereien an das Erbe Hellminch.
Universis et singulis praesentia visuris et audituris ego Matheus de Nien-
borg miles cupio notum esse, quod ex consensu et bona voluntate omnium
haeredum meorum quosdam agros, qui dicuntur vulgariter huerlandt, per-
tinentes ad maiorem domum in Rutwich²⁾, et ex consensu coloni et suorum
haeredum praedictae domus domui Hellminch in Hellen perpetuo possidendos
contuli et confero per praesentes, hoc adiecto, quod praedicta domus Hel-
minch singulis annis sub annua pensione dictae domui in Rutwich tres
modios albarum pisarum de praedictis agris jugiter ministrabit. In eius
rei testimonium sigillum meum praesentibus est appensum. Datum feria
secunda proxima ante festum beati Martini episcopi, anno Domini M^{CCC}90.
Kopie im Barlarer Kopiar S. 223.